

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politioem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plutarchus

Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXII

Libellus quomodo quis suos in virtute paranda sentire possit profectus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-289](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-289)

mus, & à turpibus depellimus, & vbi remedio mali locus nõ est relictus, ibi mediocres nos gerimus, inq; libertate dicendi plus miserationis ac mœsticiæ quàm reprehensionis adhibemus: in puniendis autem delictis, & oppugnandis animi prauis motibus vehementes, inexorabiles, adidũq; sumus. hæc enim occasio beneuolentiæ nihil blandientis, genuinæque libertatis indiget.

Alioquin vituperatione factorum videmus etiam inimicos vti. Et Diogenes dicebat eum qui saluus esse deberet, amicis bonis aut in sensissimis inimicis opus habere: illi enim docent, hi reprehendunt. Præstat verò cõsulentibus obtemperantem vitare peccata, quàm commissa culpa pœnitentiã ob maledicta affici. Atq; hanc ipsam ob rem tanto accuratior cum artificio adhibenda est libertas dicendi, quanto ea maximum est & validissimum in amicitia medicamentũ, 15 occasiois felicem coniectationem & temperiem moderatam requirens. Quia igitur, vt docuimus, libertas dicendi sapenumero molesta ei est, ad quem sanandum adhibetur, imitari debemus medicos. Neq; enim illi vbi sectionem adhibuerunt, partem affectam in dolore relinquunt, sed hunc 20 placidè rigando ac perfundendo amoluntur: nec qui civiliter verbis obiurgant, acerbitate & morsu orationis defuncti aufugiant, sed alijs colloquijs, sermonibũsq; lenibus demulceant ac recreent. quemadmodũ lapidæ statuas asperè excisas læuigant atque poliunt. Ictus autem aliquis libera oratione & compunctus, si relinquatur asper animoque ob iram turgente & æstuante, in posterum ad æquanimi- 25 tatem reuocari ac consolando deliniri vix potest. Quare hoc inter præcipua obseruandũ est, ne verbis amicum castigantes, colloquium verbis molestiam afferentibus & irritantibus abrupentes discedamus. 30

*Leniã post
libertatẽ
adhibẽda.*

PLVTARCHI LIBELLVS, QVOMODO quis suos in virtute paranda sentire possit profectus.

Poteritne aliqua, Sossi Senecio, ratione conscius sibi 35 quispiam suorum esse ad virtutem profectum, si nullam ij de stulticia faciunt deminutionem, sed vitium æquali semper pondere appensum
Plumbi instar est, deorsum quo rete trahitur?

Certè

Certè enim ne
aut multica
rum rerum dep
ret. neque me
cunq; remitt
re efficit, v
ret, ante qua
habitus inq
fectus nullus
10 quam in tr
cto momento
animum adie
sensionem v
tis animo lug
15 sectoque n
Non enim ali
ximã vitiorã
riorem pua
non tempor
20 mul exuert
pios implic
tiones, qua
quis etia
bigitico qu
25 alijs, alijs d
viam sen sim
titas & mag
tat detetra
accideret
30 sapiens, di
sturas ita
Insom
Isne ig
& pruden
35 de videtur
liere fieret
sentiat ali
tinentes for
temporis è
tus Enimu

Certè enim neque in discenda Grammatica se proficere aut musica intelliget, qui nullam partem ignorantis istarum rerum deponat, sed eadem semper in inscitia perseveret. neque medicina aegrotò, quæ eum nihil alleuet, aut vnicunquæ remittente ac concedente morbo leuiusculè habere efficiat, vllum sensum mutatæ in melius valetudinis afferet, antè quàm corpore pristinae sanitati reddito contrarius habitus integer morbo successerit. Sanè vt his in rebus profectus nullus est, si inter proficiendum pondere vitij tantam in trutinâ diminuto, rursus in diuersam partem factò momento mutatio lateat. ita etiam his qui philosophiæ animum adiecerunt, nullum profectum, neque profectus sensationem vllam tribui permittemus, si nulla pars stoliditatis animo fugatur atque expurgatur, sed donec summo profectoque is bono potiatur, meris vitij interim occupatur. Non enim aliquis sapiens fieri potest, quâta esse potest maxima vitiositate in virtutis habitum omni accessione superiore puncto temporis mutata: quam (dico) vitiositatem non temporis aliquo spacio abiecerit, sed subito totam simul exuerit. Nostri verò hoc qui fieri affirmant, quantis seipsos implicent molestijs, ac quàm difficiles agerent quaestiones, quânam fiat ratione, quòd non animaduertit aliquis etiam num sapientem se factum, sed ignorat atq; ambigit: eo quòd longo temporis decursu paulatim addendis alijs, alijs detrahendis ad virtutem progressus fecit, & quasi viam sensim carpendo, ad virtutem peruenit. Quod si celeritas & magnitudo mutationis tanta esset, vt qui mandè fuerat deterrimus, vesperi redderetur optimus: aut ea sic alicui accideret, vt cum obdormiuisset vitiosus, expergisceret ut sapiens, dimissasque ex animo hesternas fatuitates & impossuras ita compelleret,

Insomnia & ana Calere, nihil eratis:

isne ignoraret tanto se à seipso discrimine fuisse mutatum, & prudentiam subito ac cõfertim elucescentem? Mihi qui dè videtur facilius homo, si in star Cæci ex voto vir de muliere fieret, transformationem sui ignoraturus: quàm vt nõ sentiat aliquis mutationem sui, è timido, stulto, atq; incontinente fortis, prudens temperansq; redactus, momentòq; temporis è belluina in diuinam viuendi rationem translatus. Enimverò rectè dictum est,

Applicandus lapis amussis, non ad lapidem amussis est.

Stoicorum At Stoici nō sua rebus accōmodantes decreta, sed res ad decreta cū creta sua, cum quib. consentire eas natura non fuit, detorque-
rebus pugnant. quētes, multis difficultatib. philosophiā impleuerunt. quorum maxima est, qua homines, solo perfecto excepto, vni o-
 mnes vitio statuūtur subiecti, ex qua ænigma illud enatum est, quod Procopen ipsi Græcè, nos Latine puto Perfectum dicimus. qui perfectus cum ab extrema demētia exiguo distet interuallo, eius beneficio ab omnibus expeditos animi perturbationib. ac morbis, non minùs miseram vitā degentes ijs relinquit, qui nullo summorum malorum sunt liberari. Atq; hi quidem seipfos repellunt. qui cum in scholis iniustitiam Aristidæ & Phalaridis exæquent, metumq; Brasidæ timori Dolonis parem dicāt, neq; quicquam inter Meliti ac Platonis animi errorem differre: in vita & actionibus fugientes illos vt implacabiles, his vt magni precij hominibus maximis in rebus vtuntur atq; fidunt. Nos autem cū in omni vitiorum genere, maximè autè in ordinato ac confuso animi statu, gradus quosdam quantitatis inesse videamus, (vnde etiam discriminè est perfectuum, prauitate instar vmbre dilabente, dum ratio animum sensim illustrat atque expurgat) non putamus mutationis sensationem, ratione nulla assumari, (quomodo qui ex profundo subito attolluntur, morā motus supputare nequeūt) sed rationes eius iniri posse de quib. hoc primū cōsideremus. Quemadmodum qui datis velis vastum pelagus nauigār, comparata temporis ratione cum robore venti, colligunt quantū confecerint spacium. sic & philosophia perfectuum suorum rationem ex assidua progressuum continuatione ratiocinari potest: quæ non multus institutionibus, ac rursus impetibus ac incitationibus in medio factis, sed planè æquabilitèr; ad vltiora semper absq; offensa vsu rationis ac doctrinæ progreditur. Quod enim dictum est,

Nam si vel paruum pergas superaddere paruo,

Idq; frequenter agas, magnum citò habebis aceruum:

*Cōtinua-
 tio philo-
 sophia.*

non de pecunia duntaxat augenda verum est, sed ad omnia pertinet, maximè ad virtutis incrementū, cū ad doctrinā assidua atq; efficax adiungitur ad suefactio. contra in æqualitates ac segnicies philosophantium, non modò inhibent progressus, veluti iter interrompentes institutum: sed etiam regressus

regressus causa sunt, cum subsistentem vitia identidem per
 oetum adorianur, ac retrò auferant. Errantes quidem stel-
 las mathematici finito eorum in anteriora progressu insi-
 stere perhibent. At in philosophando profectus nullam fa-
 5 cit intercapedinem, nunquam intermittere aut subsistit. sed
 ingenium semper aliquo citatum motu, ac veluti in truti-
 na situm nunquam non momèro aut ad meliora facto fer-
 tur, aut in diuersam partem ad mala exitiosè impellitur. Si
 10 igitur secundū Cirræis datum oraculum, quo dies noctesq; pugna ad-
 belligerare iubebantur, conscius tibi sis dies te noctesque *uersus Vi-*
 contra vitia depugnare, aut saltem non sæpe statione abire, *ta conta-*
 neq; continenter veluti induciis factis internuncios ab iis, *neus.*
 voluptates aliquas aut oblectationes, aut alia negotia, ac-
 15 cipere: non iniuria alacri confidentique animo ad reliqua
 perges. Quin etiam si feceris aliquas philosophandi inter-
 capedines, ita tamen vt posteriora tua studia prioribus con-
 stantiora fuerint ac prolixiora: id non leue indicium præ-
 bet, ignauiam esse labore ac exercitatione elisam. contrà
 20 malum est signum, si post exiguum tempus multis & conti-
 nentibus cessationibus alacritas veluti elanguescès retun-
 datur. Sicut enim calamus ab initio maximo & pulcherri-
 mo incremento adsurgit in æquabilem & continuam lon-
 25 gitudinem, magnisque interuallis exigua admittit intersti-
 tia: dein vbi in altum se erexit, veluti qui ob anhelitus angu-
 stias in conscendendo sublimi loco animum despondent,
 propter imbecillitatem suam multis ac crebris nodis inter-
 cipitur, spiritu ictum tremorémque patiente. sic qui initio
 magno cursu ad philosophiam contenderunt, si deinde
 30 nullum ad meliora profectum sentiètes crebrò impingant
 atque ab instituto auellantur, ad extremum omnino defa-
 tiganur ac desperant. At verò alter ille veluti alatus, ad v-
 tilitatem propositam rectà fertur, omnèsque præcidit præ-
 textus, (veluti turbam impediètem) vi & alacritate indu-
 strix. Sicut igitur signum est amoris incipientis non dele-
 35 statio quæ pulchri præsentia percipitur, (est enim hoc vul-
 gare) sed morsus & dolor qui auulso eo sentitur: ita multi *Amor phi-*
 capiuntur philosophix studio, & valdè magno cum cona- *lophiæ.*
 tu se ad discendum conferre videntur: vbi verò aliis rebus
 aut negociis auocantur, animi iste motus euanescit, eaque
 facile earent.

Amoris at morsum qui Verè senserit,

is tibi præsens vnâque philosophans moderatus videbitur ac placidus, auulsum verò ac seorsim agentem cerneris inflammatum, animiq; ægrum omniumq; rerum & occupationum odio affectum, & tanquam si rationis expers esset, amicorum oblitum desiderio philosophiæ impelli. Non enim vt vnguento, sic doctrina præsentis delectari debemus, abentes non eam requirere, neq; cum molestia carere: sed verè proficientis in philosophia est, simile aliquid fami ac siti sentire si auellatur: siue nuptiæ, siue diuitiæ, siue amicitia, siue expeditio incidens eum à philosophiæ studio seiungat. quanto enim plus ex philosophia perceptum est, tanto maiorem animo molestiam exhibent, quæ relinquuntur. Cum hoc nimirum aut eadem, aut proxima ei est antiquissima illa Hesiodea profectus declaratio, cum iam non amplius ardua aut nimis accliuus est via, sed facilis, ac plana, & expedita: quippe exercitando læuigata, illatq; in philosophandi conatum lumine iam & splendore, post hæsitationes, errores, institutiq; mutationes illas, in quas incidunt initio, qui se philosophiæ dant: exemplo eorum, qui terra sibi nota relicta, nondum eam cernentes quam petunt, sollicitudine anguntur. Sic enim isti communibus & consuetis studiis relictis, priusquam meliora cognoscât atq; cõsequantur, in medio sæpenuerò circûaguntur ac subvertuntur cursu. Simile est, quod de Sextio Romano narrant, eum vrbanis dignitatib. honoribusq; resignatis vt philosophiæ vacaret, cum inter philosophandû ab initio grauesentiret molestias, animusq; doctrinâ agrè amplecteretur, parû abuisse quin sese de biremi quadâ in mare abijceret. Et Diogenem memorât Sinopensem cum philosophari cœpisset, ac forè Athenienses festos agerent dies, epularenturque splendide, spectaculâq; essent, & cõuiuia ac comestationes per totam noctem ducerentur, in quodâ fori angulo pannis inuolutû somni capiendi causa iacentem, in cogitationes incidisse animum ipsius non leuiter ab instituto auerrentes atque frangentes, reputantem nulla se necessitate vitæ genus laboriosum atq; a cõmuni vsu alienû iniuisse, ac seipsum omnibus bonis priuasse. vt verò murem arreperere, & circa micas maza eius obuerti vidit, animum rursus erexisse, ac se ipsum increpasse damnauisseq; quid ais (inquietem) Diogenes?

*Animi ob
firmatio.*

mus

mus hic reliquiis tuis latus vescitur, tu verò præclarus sci-
 licet homo teipsum deploras, quòd non isthic in stragulis
 teneris atq; floridis inebriare? Cæterùm vbi non frequen-
 tes huiusmodi auersiones accidunt, animusq; tanquàm è fu-
 ga aduersum eas sese celeriter obijciens & efferens facillè mo-
 lestiam ægritudinèmq; dissipat: existimandū est profectum
 probè esse cõfirmatum. Quoniam verò philosophantibus
 non modò à seipsis incidūt, quæ eos imbecilles etiamnum
 cõcurant & in diuersam partem auertant: sed & seria ami-
 corum consilia, & diuersorum reprehensiones ioco risuque
 mixtæ flectunt & molliunt, nonnullos etiã profusè à philo-
 sophia excusserunt: nõ leue iudiciū profectus fuerit æqua-
 nimitas hominis erga talia, non perturbati neq; mortuum
 passi, cum ei narratur æquales aliquos ipsius in aulis regum
 florere, aut dotatas duxisse vxores, aut cæterua hominu sti-
 patos in forum petendi magistratus, vel patrociniãdi gratia
 descendere. qui enim aduersus talia imperterritus est, neq;
 iis mulctetur, eum constat iam ita vti debuit captum deuin-
 ctumq; philosophiæ esse. quod fieri non potest vt mirari de-
 sinamus quæ vulgò in admiratione sunt, nisi ingenerata sit
 nobis iam virtutis admiratio. Etenim vel ira nõnullos mo-
 uet, vel dementia, vt aduersus homines ferociant. quas verò
 res multitudo hominum plurimi facit, eas cõtemnere nisi
 vera constantiq; animi præditus elatione potest nemo. Ta-
 les qui sunt, sua cum istis comparantes, seipsoꝝ alto animo
 iactant atque exhortantur, vt Solon:

At nos Virtutem non permutabimus horum,

Pulcrãq; Virtutis munera, diuisijs.

Virtutis quoniam semper possessio perstet;

Incerta varia sorte feruntur opes.

Ac Diogenes suam Athenis Corinthum, Corinthòq; The-
 bas transitionem, regis Persarum migrationibus compara-
 bat, vere Suis, hyme Babylone, ætate in Media commo-
 rantis. Et de eodem rege Agesilaus: Quĩ enim, aiebat, ma-
 ior me ille sit, si non etiam iustior est? Aristoteles quoque de
 Alexandro ad Antipatrum scribens, Non illum modò af-
 firmabat animo debere efferri ob imperij magnitudinem:
 nihilo enim minus id licere ei, qui veram deorum notitiam
 habeat. Ac Zeno videns Theophrastum in admiratione
 haberi ob discipulorũ multitudinem: chorus eius, inquit,
 maior

*Contemptus
externorũ
bonorum.*

maior est, meus melius concinit. Cum itaque virtutem hoc
 modo externis rebus opponens, inuidias, obtreccationes,
 aliosque id genus affectus qui multos philosophari oros
 vrunt, atque animum eorum deprimunt, eieceris, id quo-
 que magnum argumentum tibi tui sit profectus. Non par-
 uum est etiam, orationis mutatio. Omnes enim ferè qui
 ad philosophiam primum accedunt, eam sectantur quæ ad
 gloriam facit. quorum alij auiù instar ob leuitatem & am-
 bitionem in splendorem & sublimitatem physicorum de-
 uolant: alij catulorum (vt est apud Platonem) in morem ra-
 ptando & laniando gaudentes, ad lites, disputationes ob-
 scuras, & sophismata se conferunt. pleriq; dialecticis se im-
 mergentes, commeatum sibi sophisticæ parant. sunt qui
 sententiosa dicta & historias colligentes, circumeunt (quo-
 modo Anachâris dicebat se non videre ad aliam rem no-
 mismate vti Græcos quàm ad numerandum) enumerantes
 ea & metientes, nullo inde emolumento percepto. His vsu-
 uenit illud, quod ab Antiphane dictum quidam ad audito-
 res Platonis accommodauit. Ioco enim Antiphanes dixit,
 in vrbe quadam voces illicd frigore loci congelare, ac per
 æstarem gelu soluto demum exaudiri, quæ dicta erant hyme-
 me. ita ille quæ adolescentes è Platone audiuisent, aiebat
 plerosque vix tandem in grauescente ætate intelligere. Hoc
 sanè modo ad vniuersam affecti sunt philosophiam, donec
 iudicium probe cõstitutum incipiat ea apprehendere, quæ
 ad componendos animi motus magnitudinẽq; ei com-
 parandam faciunt, sectariq; orationes, quarum (iuxta il-
 lud Æsopi) vestigia intrò magis quàm foras sint conuersa.
 Sophocles aiebat se primò factum Æschyli accidisse, dein-
 de apparatus nimis densum atque artificiosum, postremò
 etiam dictionis formam mutasse, quæ pars maximè ad mo-
 res pertinet, & est potissima. ita philosophâtes, cum a com-
 positus ad ostentationem & artificio nimio elaboratis ora-
 tionibus, ad orationem animi motus placidos grauésque
 attingentem transuerint, verè incipiunt fastu repudiato
 proficere. Animaduerte igitur, nõ tantum philosophorum
 scripta legendo, aut orationibus eorum audiendis, ne sis
 verba magis quàm rebus attentus, neque maiori impetu
 feraris ad ea, in quibus subtilitas aliqua & curiosa compo-
 sitio, quàm ad ea in quibus medulla rerum & vtilitas inest:

sed &

sed & poemata historiâsq; tractans caue, ne quid eorû præ-
 termittas in obseruatum, quæ ad morum correctionem, aut
 affectus animi alleuationem accommodatè dicta sunt. Sicut
 enim in floribus versari Simonides ait apem, flauû mel me-
 5 ditantem, cum alij colorem eorum vel odorem, nihil aliud
 quærant aut percipiant. ita alijs poemata voluptatis iociq;
 causâ versantibus, tu aliquid inueniens ac colligēs serium,
 videberis iam consuetudine & amore pulchritudinis & eo-
 rum quæ philosophi sunt propria, horum cognoscendâ fa-
 10 cultatem tibi parasse. Qui enim Platonis aut Xenophontis
 libros propter dictionem, nullâque aliâ de causâ legunt,
 quàm vt Atticam illam mundiciem inde veluti rotæ despu-
 ment: quid aliud diceres illos facere, quàm fragrantiam &
 floridum medicamenti colorem amplecti, vim verò expur-
 15 gandi corporis aut sedandi doloris neque nosse neque ad-
 mittere. Iam qui magis etiam profecerunt, non ex oratio-
 nibus solum, sed è spectaculis quoque & rebus quibuscun-
 que norunt utilitatem capere, idque colligere, quod ipso-
 rum instituto cōmodè. cuius rei aliquot subijciam exem-
 20 pla. Æschylus Isthmici certaminis spectator, cum vnus pu-
 gillum plagam acceperisset, theatrumq; clamorem sustulisset:
 latere Ionis Chij fossa, vt is animaduerteret: Viden?, inquit,
 exercitatio quid possit? tacet ictus, spectatores vociferan-
 tur. Brasidas murem inter aridas ficus deprehensum, mor-
 25 sus ab eo dimisit. tunc sic secum: Hercules, quâ nihil est ita
 paruum aut infirmum, vt non possit vitam tueri, si audeat
 se defendere? Diogenes è vola quendam bibere cōspicatus,
 poculum pera eiecit. Ad eò ad sentiendum & percipiendum
 ea qua vndeunque ad virtutem conducant attentio & as-
 30 sidua exercitatio facit idoneos. Idq; sit eo magis, si oratio-
 nes rebus adhibeant: non modò, vt est apud Thucydidem,
 præsentis periculo meditates, sed & circa voluptates, con-
 tentiones, iudicia, patrocinia, magistratus, quasi demon-
 strantes vim suorum decretorum: aut potius iis rebus tra-
 35 ctandis sua condentes decreta. Nam qui adhuc discentes
 & occupati in circumspeciendo, atreptum aliquid è philo-
 sophia statim circulatorum in morem in forum, aut adole-
 scentum scholam, aut regium colloquium proferunt: eos
 non magis credendum est philosophari, quàm medicinam
 facere medicamentorum & mixturarum institores: immò
 huiusmo-

*Quauis ex
 re decer-
 pendâ esse
 utilitatē.*

huiusmodi sophista nihil ab Homericâ illa aue distat, quæ discipulis suis tanquam implumibus pullis ore in os ingerit quidquid est nacta, atque

lli. i. 324.

*Oratio
qualis esse
debeat.*

Interea proprium genus defraudat:---

cùm nihil eorum quæ perceperit, in suam vertat utilitatem, neque concoquat. Quare considerare oportet, oratione ne utamur seorsim ita, ut nobis hoc sit commodo, apud alios autem non vanæ gloriæ aut contentionis gratia, sed audiendi ac cùm docendi tum vicissim discendi causa. maxime autem obseruemus, an studium contendendi & rixandi de propositis quæstionibus remiseric, ac desuerimus oratione aduersus alios veluti cestibus aut pilis armati certare, magisque imperando & vincendo quàm discendo docendove gaudere. nã in hoc genere modestia & mansuetudo, vbi colloquia neq; certandi studio incipis, neq; cum ira finis, neq; vel in refutando cõtumeliam adhibes, vel te refelli iniquiùs fers, nota est non pœnitendorum profectuum. Ostēdit hoc Aristippus, qui quodam in congressu sophistica fraude circumuentus ab audace homine, alioqui stulto & furioso, cùm videret eum exultare atq; fastu tumere, Ego quidem, inquit, abeo suavius te qui me refelleris dromiturus. Possumus etiam inter dicendum nosmetipsos explorare, an neq; multis præter expectationem nostram cõuenientibus præmetu tergiversemur, neque ægrè feramus si apud paucos agendum sit, neq; si ad populum aut coram magistratu verba facienda sint, penuria apparatus verborum occasionem agendi dimittamus: quod de Demosthene & Alcibiade fertur. hic enim cùm ad bene cogitandũ de rebus esset facultate summa præditus, ad dicendum autem non satis animatus, in actionib. se ipsum impediuit, ac sæpe inter dicendum vocem aliquam elapsam memoriæ quærens & persequens aberravit. Homerus verò tantum fiduciæ in sua posuit facultate, itaque abundavit cõfidentia, ut primum etiã Operis versus legibus catminis non satisfacientem intrepidè possuerit. Quo magis æquum est qui de virtute & honesto certant, eos occasione & rebus uti, minimè sollicitos de strepitu plausive qui ob dictionem exciretur. Non orationem autem solùm, sed & actiones quisque suas consideret, plurân ex ad veritatem cõducentia, quàm ad pompam ostentationemq; comparata in sese habeant. Si enim verus ad-

*Actionum
examen.*

lescen-

leſcentis aut mulieris amor non requirit teſtes, ſed fructum
 percipit ſuaſum, etiam ſi occultè rem deſideratam cõficiat:
 multo magis cõuenit honeſti & ſapientiæ ſtudioſum, cum
 agendo fruitur virtute, ipſum apud ſeſe tacitum animo ef-
 5 ferri, neque laudatores auditorèſve ullos requirere. Sicut
 ergo ille qui domi ancillam vocans, clamabat, Cerne Dio-
 nyſia, depoſui factum: ita & iſ qui pulchrum aliquod at-
 que ſcitum facinus ſuum paſſim narrat ac circumfert, ſatis
 10 apertè oſtendit ſe adhuc foràs reſpicere & ad gloriam
 trahi, neq; etiamnum verum ſe virtutis fuiſſe ſpectatorem,
 neq; rei pla, ſed per ſomnium umbras eius & ſimulacra per-
 uagatum, factum deinde ſuum veluti picturam ſpectadum
 propoſuiſſe. Proſcientis ergo in virtutis ſtudio eſt, nõ mo-
 15 dõ ſi quid amico donauit, aut noto benefecit, id aliis non
 narrare: ſed etiam ſi inter multos iniuſtos ſententiam iu-
 ſtam ipſe dixerit, aut diuitis principisve alicuius petitionem
 inhoneſtam omnixè repudiauerit, aut munera ſpreuerit, aut
 etiam noctu ſitiens potu abſtinerit, oſculumve formoſi
 aut formoſæ auerſatus fuerit, vt fecit Ageſilaus, ſecum id
 20 ſeruare & reticere. ſic enim ipſe ſibi placeas, neque ſeipſum
 contemnens, ſed gaudens ſeiſpo atque contentus vt ſatis
 idoneo teſte ac ſpectatore pulchrorum, oſtendit ratio-
 nem iam intra ſeſe conuerſam radices agere, & (quod iu-
 ber Democritus) ex ſeiſpo ſui oblectandi materiam petere
 25 condocefactum ſe eſſe. Agricola quidem ſpicas libentiùs
 vident quæ inclinatae verſus terram vergunt: quæ enim ob-
 leuitatem ſuſum attolluntur, eas inanes putant eſſe & caſ-
 ſas. Ita & adoleſcentum philoſophiæ dare operam volenti-
 30 tiù, qui maximè vani ſunt & grauitatis expertes, audaciam
 ſi habent, ſpeciẽmque, & inceſſum vultumque plenum ſu-
 perbiæ ac contemptus nemini parcentis: vbi verò impleri
 incipiunt, fructumq; & Doctrina colligere, tum ferocia iſta
 & vanitas deponitur. ac quemadmodum vaſis humorem re-
 35 cipientibus inanis aër eliditur: ita hominibus quando veris
 impletur bonis, ſaſtus decedit, & arrogãtia remittit, ceſſan-
 tesq; propter barbã & palliũ ſuperbire, exercitationem ad
 animam transferunt: mordaciq; & aſtera ratione aduer-
 ſum ſeiſpos potiſſimũ vrentes, cum aliis manſuctiùs collo-
 quuntur. nomen verò & gloriam philoſophiæ non, vt antè,
 ſibi arrogant atq; inſcribunt: ſed & hoc nõmine cõpellatus
 40 adole-

ſaſtus de-
minutio.

adolefcens ingenij probi, rubore perfufus & subridens mature fic occurret,

Non ego fum deus, ad quid me caelestibus aequas?

Odyss. τ.
187.

Vt enim Æschylus ait iuuenis mulieris, quæ virum experta fit, oculum flagrantem non latere: ita virum iuuenem, qui veri in philofophia profectus gustum percepit, Sapphica hæc comitantur:

Lingua iam torpet, tenues per artus

Flamma demanat, ---

oculisque placidis & vultu constanti adstans, cuperes eius 10 sermonem audire. Ac veluti qui sacris initiatur, initio cum tumultu & vociferatione coeunt seque; mutuo tradunt: cum peraguntur inde & commoustrantur sacra, animum timidi tacentesque aduertunt. ita & in principio & circa fores philofophiæ multum videas tumultus, ferocia, & loquaci 15 tatis, dum nonnulli ad gloriam rusticè & per vim se proruunt. qui intro venerit, magnūque lumen veluti sacratio aperto viderit, alio iam habitu accepto tacitus atque atronitus, humilis modestusque doctrinam veluti deum sublequitur. In hos videtur etiam iocus Menecemi cogruere. 20 Aiebat enim eorum qui ad scholam Athenas nauigarent plerosque primū sapientes sibi esse, deinde philofophos fieri, postea oratores, tandem progressu temporis rudes ac plebeios: quod enim magis doctrinæ se præberent, eò magis 25 eos fastum arrogantiamque deponere. Quibus medicina opus est, si dens aut digitus malè est affectus, ipsi rectè ad medicum eunt: qui febricitant, domum vocant medicum, eiusque opem implorant: qui in melancholiam, aut phrenitidem, aut deliria inciderunt, aliquando ne venientem quidem ad ipsos medicum sustinet, sed eijciunt aut fugiunt, 30 vehementia morbi etiam sensum morbi tollente. Sic & eorum qui peccant, insanabiles sunt qui hostili animo affecti sunt, sæuiuntque aduersum reprehensores ac castigatores: qui verò sustinent admittuntque disciplinam, mansuetiores sunt. id verò non vile est profectus indicium, si quis com 35 missa culpa se reprehendentibus offert, vitium exponit, & malum detegit, neque gaudet latendo, contentusve est si clam id ferat, sed confitetur opemque correctoris requirit. quo modo Diogenes dixit, eum qui seruandus sit querere debere aut probum amicum, aut infestissimū hostem, vt vel
repre-

Correctio
GILIORUM.

reprehensus vel correctus vitio liberetur. Vbi verò sordes aliquis maculamve ostentans vestis, aut ruptum calceum, venditat se aliis, existimatque se præclari aliquid præstare, si vana fastus vacuitate suam staturæ humilitatem aut curuitatem ipse disteriis noceat: interim verò animæ turpitudinem, & vlcera, puta vitæ offensas, inuidiam, malignitatem, auariciam, libidinem, velat atq; occultat, metuq; reprehensionis neminem ea videre aut correctare patitur: certe huc parum, aut nihil potius profecisse censendum est. At qui vitia aggreditur, & vel (quod præcipuum est) seipsum ob peccatum damnare ac castigare nouit, vel quod proximum est, alio castigante tolerantem se prebet, vitisq; exonerari correctoris opera libenter sinit, cum apparet vere detestari & excutere prauitatem. Equidem vereri debemus & fugere nomen vitiosi. sed cui vitium ipsum molestius est quam infamia inde nata, is vt emendari possit, non verebitur male audire ac loqui. Scitum est enim Diogenis illud ad quemdam dictum adolescentem, qui visus in caupona, intrò in eam fugiebat, quanto, dicebat, magis intrò fugies, tanto magis in caupona eris. ita quiuis vitiosus quanto magis inficiatur suum vitium, tanto magis in ipsum penetrat ac sese includit morbum. quomodo nimirum pauperes dum se diuites esse simulant, ob ipsam arrogantiam sunt pauperiores. Qui verò reipsa proficit, exemplum Hippocratis sibi imitandum ducit, qui errorem suum de futuris capitis profectus est, inque literas retulit, existimabitq; indignum fore, si (cum tantus vir, ne alij eodem erroris venirent, suam testatam fecerit ignorantiam) ipse salutis suæ studio non auderet stulticiam inscitiamque suam detegere atq; confiteri. Enimuero Pyrrhonis & Bionis dicta, non profectus iam, sed maioris profectiorisq; habitus indicia possunt intelligi. Hic suos familiares tum demum certos de profectu iubebat esse, cum perinde audirent maledicta, ac si quis ita alloqueretur:

35 *Hospes, non mihi tu malus inspiens & videris,
Vine, & ale latus, tibi dij dent prospera. multa.*

Odyss. 2.

187.

Pyrrhonem ferunt, cum nauigans orta tempestate periclitaretur, porcellum ostendisse qui hordeo affuso hilariter vesceretur, ac dixisse sociis, talem affectuum vacuitatem doctrina & sapientiæ studio parandam esse ei qui nulla ob-

Odyss. 401.

401.

Insomnia. tingente re perturbari vellet. Zenonis porro perpendamus
sententiam, qui etiam ex insomniis suis vnumquenque sen-
tire posse suos profectus dixit. nimirum si neq; turpi aliqua
se re per quietem sibi videatur delectari, neque inhonestum
aut iniustum vel agere quicquam vel approbare: sed veluti
in serenitate profundissima & omnis fluctus experite vis a-
nimæ imaginans affectionibusque obnoxia pelluceat, a re-
cta ratione illustrata. Hoc, puto, prior Plato animaduertit,
Initio 9. de qui essent brutæ & imaginantis quæ in animo tyranni est
repub. facultatis per somnum motus, quasi effigie proposita decla-
rans. nimirum affectatio coitus cum matre, & appetitio
quorūuis illicitorum ciborum. indulget enim tunc tyrānus
libidinibus suis tanquam solutis, quas metu & pudore le-
ges interdū coercent. Sicut ergo iumenta probe conde-
facta, ne dimissis quidem à rectore habenis à via aliò diuer-
tere conātur, sed quomodo assueuerunt iter sine errore aut
offensa continuant: ita facultas animi bruta vbi iam ratio-
ne subacta & ei obtemperās reddita est, neq; in somnis neq;
in morbis porro facile cupiditatibus prauis se impelli pati-
tur, vt contra rationis rectæ præcepta proterue aliquid aut
illicite molitur: sed consuetudini infisit, eamq; sequitur,
quæ attentioni vim quandam & vehementiam ingenerat.
Nam si ipsum corpus exercitatione potest animus conde-
cesfacere, vt vacuitatem perturbationis eius subsequatur,
pattetq; obsequentes præbeat, ita vt & oculi in miseratione
lacrymis, & cor obiecto metu palpitatione, & pudenda mo-
tu ad conspectum pulchrorum corporum abstinēat: cur non
fit probabilius exercitatione partem animi quæ affectibus
est obnoxia ita subigi, vt eius motus & imaginationes etiā
ad insomnia vsque quasi læuigentur & rectæ rationi con-
formes redigātur? Stilphone in philosophum somniauisse
perhibent, videre se Neptunum expostulatē secum, quod
non bouem ipsi immolasset, qui mos erat sacerdotum. se
verò nihil territum, Quid ais Neptune, dixisse? pueri in star-
venis mecum conquesturus, quod non sumta in fœnus pec-
cunia vrbem nidore impleui, sed rem tibi sacram è mea re
familiari pro meis facultatibus feci? visumque sibi fuisse,
Neptunum dextra porrecta subridentem polliceri, ipsius
gratia magnum se apuarum prouentum Megarensisibus lar-
giturum. Proinde quibus ita læta, perspicua, & facilia so-
mnia

*Profectus
ex somnijs
animad-
uertendus.*

mnia offeruntur, in quibus nihil terribile, asperum, mali-
 ciosum, aut obliquum in mentem reuocatur: his profectus
 aiunt quasi resplendere suos. stimulos autem, pauores,
 5 degeneres fugas, puerilia gaudia, & luctus in somniis mise-
 rabilibus, & absurdis, similes esse quorundam litorum a-
 speritatibus, & iactationibus in mari. quod animus nondū
 in se habens quo componatur, sed adhuc legibus & decre-
 tis fingendum se præbens, ab his per somnum longissime
 10 abductus rursus in pristinum habitum resoluatur atq; ex-
 plicetur. Verū hæc tu ipse mecum perpende, profectuine
 debeant adscribi, an habitui potius alicui, constantiam
 iam rationis & firmitatem inconcussam adepti. Iam cum *Examens*
 omnium affectuum animi vacuitas res sit magna ac diui- *affectuum.*
 na: nos autem profectum remissione quadam & mansue-
 15 tudine affectuum definiamus: necesse est & inter se, & cum
 aliis comparare motus animi, itaque discrimen examina-
 re. Inter se, an cupiditates, metus, iræq; nos quam olim re-
 missius nūc tentent, an celeriter ratione incendium eius &
 excandescantiam restringamus. cum aliis, magisne iam ve-
 20 recundi simus quam timidi, an æmulemur citra inuiden-
 tiam, an gloriæ & pecuniæ cupiditate careamus, deniq; an
 cantorum instar Doriis magis quam Lydis excessibus pec-
 cemus, duriores in victus ratione quam molliores, cunctan-
 ter magis quam temere ad agendum accedentes, nimij pa-
 25 tius admiratores aliorum hominum & ab aliis dictorum,
 quæ contemptores. Sicut enim bonum recuperandæ sanita-
 tis signum est morbi in partes corporis non præcipuas auer-
 sio: ita vitia proficiscentium dum in tolerabiliore mutan-
 tur affectiones, videntur paulatim extingui. Phrynidē, cum
 30 septem neruis duos addidisset, ephori interrogauerunt, su-
 periorēne vellet an inferiorē ipsis amputandas præbere.
 Nobis autem & superiora & inferiora sunt præcidenda, si-
 quidem ad medium volumus & mediocritatem peruenire.
 profectus tamen ea quæ nimia sunt primò tollit, acrimo-
 35 niamq; affectuū imminuit, ad quos (vt est apud Sophocle)
 incontinentes furioso feruntur impetu. Iam illud quoq; di-
 ctum à nobis fuit, debere nos orationem ad res ipsas tran- *Imitatio.*
 ferre, in iisq; de ea iudicium facere. esse enim hoc vel in pri-
 mis officium proficientis. Eius rei iudicium primum est, si
 quæ laudamus, ea imitari conamur, promptiq; sumus agere
 n 2 en quæ

ea quæ admiramus, quæ autem vituperamus, nolumus admittere. Equidem probabile est ab omnibus Atheniensibus laudatam fuisse Miltiadis audacem fortitudinem, sed Themistocles somnum sibi Miltiadis trophæo adimi, eoque se excitari è lecto fatus, statim ostendit se non laudatorem modò & admiratorem, verum etiam emulum eius imitatoreque esse. Parum itaque nos profecisse arbitremur, dum nos præclare agentium admiratio ociosa, non ad imitanda eorum facta impellit. Nam neque corporis amor efficax est, nisi oblectatio ei adsit: neque laus virtutis ardens 10 atque strenua est, quæ non pungit neque stimulat, & loco inuidiæ æmulationem in generat bonorum, idem præstare cupientem. Non enim ad orationem duntaxat philosophi debemus, vt dicebat Alcibiades, animum conuertere, & lacrymas excutere: sed qui vere proficit, multo magis viri bo- 15 ni & perfecti factis actionibusq; sese comparans, simul mordente ipsum suæ inopiæ conscientia, & spe desiderioq; læticiam afferente, plenus inquieto impetu, volet quod est apud Simonidem,

Læuens equum pullus velut cursu sequi,

tantùm non in idem cum præstante viro corpus coalescere affectans. Veri enim profectus hoc proprium est, vt quorû æmulamur facta, eorum institutum amemus atque diligamus, & cum benevolentia honorem iis ad fiduum deferentes, collaudationibusq; lætis prosequentes, eorum similes 25 fieri conemur. Cuius verò animo contendendi studium & inuidia aduersus præstantiores instillata est, is sciat se gloriæ alicuius aut potentiæ rivalitate pungi, virtutem neque honorare neque admirari. Quando itaque sic incipiemus bonorum esse amatores, vt non modò, sicut Plato alicubi 30 ait, ipsum temperantem putemus beatum, beatum etiam qui dicenti auscultat, sed & gestum eius, & incessum, & vultum & risum admirantes earumque habentes, parati simus nos quasi concinnare ei & agglutinare: tunc existimandû est nos vere proficere. Idque eo magis, si non modo rebus 35 videntes secundis eos admiremur: sed sicut amatores formosorum etiam balbuciem aut pallorem diligunt, & Araspem lacrymæ quoque & mœsticia lugentis & calamitate afflictæ Panthææ perculerunt: sic nos neque exsulum Aristidis, neq; carcerem Anaxagoræ, neq; paupertatem Socratis, ne-

*Virtus cū
rebus ad-
uersis. Xe-
noph. 6. In-
sit. Cyri.*

tis, neq; Phocionis damnationem formidemus. sed virtutē etiam cum his amore dignam sentiētes, appetamus, ad singula Euripidis hunc versiculum accinentes,

Proh, quā virtute prāditos omnia decent.

- 5 Qui enim eo ad virtutem instinctu fertur, vt eius admirationem atque amulationem ne ea quidem reprimant, quæ videntur grauiā esse mala, eum nulla porro res ab honestatis studio auerret. Consequens horum est, vt cum rem aliquam adgredimur, aut magistratum occipimus, aut fortui-
 10 tum aliquid nobis offertur, ante oculos nobis proponamus exempla bonorum virorum, siue ij sunt, siue fuerunt: cogitemusq; quid facturus fuerit hoc loco constitutus Plato, quid dicturus Epaminondas, qualem se gesturus Lycurgus aut Agesilaus. vt veluti in speculum intuentes, ornemus
 15 nos atq; componamus, vel vocem aliquam degenerē corrigentes nostrā, vel animi motū aliquē reprimentes. Qui Idęorum dactylorū nomina didicerunt, iis singulis sensim recitandis vtuntur ad auerruncandos terrores. Sed bonorū virorum memoria & cōsideratio celeriter adhibita in omni-
 20 bus motibus animi aut difficultatibus oblati, proficientes in studio virtutis integros cōseruat atq; erectos. itaque hoc quoq; ipsum iudiciū est profectus. Ad hæc, non iam vt ante vehementer perturbati, aut rubore perfundi, aut occultare vel transformare aliquid suorū, viro illustri gloria & virtu-
 25 te subito interueniente, sed constanti animo ei obuiam ire, conscientiæ quādam habet confirmationem. Alexandrū *Spectator* ferunt, cum videret nuncium gaudio plenum ad se adcurrere, dextramq; porrigere, dixisse: Quid mihi nunciaturus es, vñ Homerum reuixisse? putabat enim suis rebus nihil
 30 deesse præter famæ ad posteritatem propagationem. Iuueni autem qui mores emendauit suos, nullius rei maior incessit amor, quā se spectandū præbendi bonis honestiq; vitis, conspiciendamq; exhibere domū suam, mensam, vxorem, liberos, studia, dicta & scripta sua. itaq; etiam male ipsū
 35 habet antè è viuus decessisse patrem aut præceptorē, quā vt videre isto eum in statu potuissent: nihilq; tantopere à diis immortalibus peteret votis, quā vt ij vitæ rediti morum suorum actionumq; fierent spectatores. Sicut contrā, qui seipsos neglexerunt ac corruperunt, suos ne in somnis quidem sine tremore & metu vident. Id quoq; si lu-

*Exempla
proponen-
da.*

*Spectator
Virtutis
expectatus.*

bet ad prædicta adiunge signum non exiguum, quod recte proficiens nullū iam peccatum exiguum putat, sed omnia studiose vitat atq; obseruat. Sicut enim qui diuites se fore desperant, paruos sumtus facere pro nihilo habent, q̄ nihil magni futurum putant si paruum paruo adiiciatur: spes autem ad finem propius accedēs simul cum diuitiis auget diuitiarum amorem. ita & in rebus ad virtutem pertinentibus, qui non multa concedit, neq; dicit, *Quid tum postea, modo sic*, alias meliūs: sed singulis intentus, vbi vel minimo peccato vitium sese insinuans veniæ locum dare videtur, ægre fert & indignatur. manifestum facit se purum aliquid sibi iam comparasse, quod inquinari nullo modo velit. faciles enim & negligentes facit, vt Æschylus ait, opinio concepta nihil eorum quæ habemus magnū esse. Macerīā aliquam aut sapem conficientibus nihil refert obuiū quodq; lignum aut lapidem humi iacentem adhibere, aut columnā a monumento aliquo delapsam subicere. quo modo & homines vitiosi omnia promiscue facta, omnes temere actiones cōgerunt ac coaceruant. At qui in virtute exercenda proficiunt, quibus vitæ, veluti facti ac regij edificij, iactum iam est aureum fundamentum, nihil eorum quæ aguntur temere admittunt: sed veluti amulli rationis aptant singula atq; concinnant. quo de edificio vsurpari potest Polycleiti dictum qui difficilimum opus tractare eos pronūciauit, quibus lutum est ad vnguem exigendum.

PLVTARCHI DE CAPIENDA

ex hostibus vtilitate, libellus.



IDEMVS te, Corneli Pulcer, simul cum reipub. administratione mansuetissimum vitæ genus delegisse, in quo cum maxime publico profis, priuatim compellantibus te facilimum iucundissimumq; præbes. Enimuerò regionem aliquam inuenire licet, quæ feris careat, quod de Creta narratur. reipub. autem nulla adhuc exitit, quæ nullam inuidiam, nullam æmulationem aut studium contendendi, qui sunt affectus inimicitiis generandis fecundissimi, protulisset. Quod si nulla alia res, ipsæ saltem nos inimicitiis implicarent amicitiz.